

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

David Lobeck Jonas Nicolai

Disputatio Octava. Ex Symbolo Apostolico, Verborum, Tertia die resurrexit a mortuis, expositionem syllbdn proponens

Rostochii: Typis Myliandrinis, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785831061>

Druck Freier  Zugang



R. N. Theol.
Lobeckius. 1601. 02.

2. M. - Theol 1601 Lobeck David 1a. 1

2. M. - Theol 1602 Lobeck David 1a. 2

2. M. - Theol 1602 Lobeck David 1a. 3

3



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn785831061/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785831061/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn785831061/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785831061/phys_0003)

DFG

DISPVUTATIO OCTAVA.

EX SYMBOLO APO-
STOLICO, VERBORVM,
Tertia die resurrexit à mortuis,
expositionem συλλογήν pro-
ponens.

quam

Sub Præsidio

Reverendi & Clarissimi Viri,

Dn. DAVIDIS LOBECHII
S.S THEOLOGIÆ DOCTORIS, & in illustri
Academìa ROSTOCHIENSÌ Pro-
fessoris Publici

defendendam proponit

IONAS NICOLAI Rostoch.

Die 20. Ianuarij, horā 6. matutinā.

Rom. 10. v. 9.

Ἐὰν ὁμολογήσῃ τῷ σωματίσκυροι Ιη-
σοῦ, καὶ πεπλησθεὶς τῇ καρδίᾳ σχότι ὁ Ἰησος
αὐτὸν εἶχεν ἐν υπέρῳ, λαζίση.

ROSTOCHII

Typis Myliandrinis, Anno 1602.

1602

REVERENDIS NEC NON DOCTIS-
SIMIS VIRIS

DN. BERNHARDO NICOLAI,
pastori Ecclesiae Colzoviensis dignissimo,
parenti suo longè charissimo.

DN. M. JONÆ NICOLAI,
pastori Ecclesiae Amfurtensis sincerissimo, patruo,
præceptori & promotori maxumo, omniq;
observantia cultu apprimè colendo.

DN. CHRISTIANO NICOLAI,
pastori Ecclesiae Levinensis fidelissimo.

DN. ANDREÆ NICOLAI,
pastori Ecclesiae Slamerstorfiensis vigilans.
Fratribus suis ut germanis, ita
amantissimis.

Hasce theses, amoris, honoris &
gratitudinis ergò, dicat,
offert, consecrat

IONAS NICOLAI Megap.



Thesis I.



*Vm vniuersa salus nostra ēs της πίστες καὶ ελπίδος
consistat, utriusq; autem summa Symbolo Apostolico
sit comprehensa, placet illud diuino fauente numine,
Christianā ὥραν Εὐαγγέλιον & religiosi exercitij gratia,
disputationibus aliquot illustrare, cum nunquam de-
fuerint, qui dissensiones in Ecclesia de eo excitarent & fouverent, nec non
verissima qua&q; in eo contenta, in dubium vocarent.*

2. *Autores Symboli huius perhibentur Apostoli, qui, vt Ruffinus
Aquileiensis Ecclesiae presbyter scribit, antequā in orbem vniuersum di-
scederent, prædicaturi Euangelium, hoc concordis doctrina & fidei Sym-
bolum posteritati reliquerunt, ut esset certum τημηνερον, signum seu in-
dicium, quo vera Ecclesia à falsa, Christiana ab Ethnica dinoscereetur
atq; dijudicaretur, teste Ambrosio lib. 10. Epistol: episc. 81 & Hierony-
mo contra Ioannem Hierosolymitanum.*

3. *Et licet non defuerint, qui de autore horum fidei articulorum dubi-
tarent, quibusdam ad Christum, alijs ad Apostolos, alijs ad horum disci-
pulos compositionem eorum referentibus, nos tamen, qui Christiano ga-
udemus nomine, scientes hosce articulos in Scriptura fundatos esse, non
usq; adeò anxiē de autore laboramus, cum sufficiat nobis fructum ac p-
sum eorum probe meditari.*

4. *Quod si tamē autoritati primitiū Ecclesia standum sit, articulos
hosce ab Apostolis traditos, facile nobis persuadebunt Ignatius & Poly-
carpus Iohannis Euangelistae discipuli, qui proculdubio Apostolicam do-
ctrinam, ea qua acceperant sinceritate & simplicitate nobis tradider-
unt, hosq; articulos eodem propemodum ordine, quo hodie ijs vtitur Ec-
clesia, & penē ad verbum in Epistolis suis recensēnt.*

5. *Vox autem Symboli est πλάνη σημεῖον, primò enim tesseram sua pro-
fessionis notam seu indicium significat, cutus vsus potissimum est in mi-
litaria, Iud. 7. v. 20. Symbolum Gedeonis fuit, Gladius Domini & Ge-
deonis. 2. pecuniam collaticiam sua quamcunq; rem, qua in commune*

confertur, ut illud Comici in Eunicho. 3. dictum cuiusq; singulare, ve
sunt plurima Cæsarum atq; Imperatorum Symbola.

6. Qualibet significatio optime potest accommodari symbolo nostro A-
postolico. Vt enim milites certo symbolo se se inuicem dinoſcere dicuntur,
militentē vni Duci vel Imperatori, an non; ita & symbolo hoc Apo-
stolico, vera Ecclesie membra à falso, viua à mortuis Christiani à Tur-
cis, Iudeis & similibus profanis hominib; discernuntur atq; diuidicantur.

7. Praeterea vt amici, agnati atq; vicini, certam pecunia summam
aut aliud quodpiam in commune conferunt, vt una sint de symbolis, ita
et Apostoli teste Ambroſio, Hieronymo, Ignatio & Polycarpo, breuem
orationem in totius doctrinæ à præceptore suo ipsis traditæ, symbolo hoc quasi
colligere, posterisq; demandare voluerunt.

8. Demum Symbolum hoc, omnino est augustum, sententious et
singulare, cuius nomine omnes, quotquot Christo nomen dedimus, gaude-
mus, palam illud afferentes atq; confuentes, nec non Diabolo eiusq; or-
ganis persecutoribus omnibus velut Gorgonis caput, opponentes.

9. Est itaq; Symbolum Apostolicum, veluti tabula quadam, in qua
tota salus nostræ & economia, perfectè exponitur: diciturq; Apostolicum,
sive quod ab Apostolis conscriptum sit, sive quod compendium illud ex do-
ctrina per Apostolorum manus tradita, bona fide collectum, tali eloſia
confirmandum censuerunt Christiani.

10. Itiusmodi Symbola quatuor præ ceteris ab Ecclesia sunt rece-
pta, Apostolicum, Athanasianum, Nicenum & Ambrosianum sive Au-
gustinum.

11. Alij plura addunt, que tamen omnia, eo quod contineant i m-
tō ποπτωτικόν ὡραῖον τὸν λόγον, ab Ecclesia recipiuntur: neq; est quod
pluralitas quemquam moueat, vt enim Apostolicum non contrariatur
scripturus Prophetarum, ita neq; Apostolico Nicenum, neq; Niceno A-
thanasianum quidquam derogat, sed tempori fuerunt accommodata, &
propter certamina & varias hereses, subinde Ecclesiam exagitantibus
conscripta.

12. Vt enim iam taceam Apostolicum, de quo ante; Athanasianum
circa

- circa annum Domini 371. in synodo Alexandrina creditur conscriptum,
et Arrio, verbum naturâ et verè esse Deum negare, oppositum.
13. Nicenum Anno Christi 325, presertim 300 circiter Episcopos
in prima urbis Nicene Synodo 19 Iunij fuit promulgatum.
14. Quarti Symboli in Ecclesia receperit et decantari, authores cre-
duntur Ambrosius et Augustinus, cuius usus etiamnum est in ma-
tutinis Ecclesiae conuentibus.
15. Summa autem Symboli Apostolici haec est, quod reuelat nobis
Deum eiusque omnipotentiam, in opere creationis potissimum elucentem;
quod ponat ob oculos Redemtionem, morte filij partam; quod inculcat
sanctificationem Spiritus Sancti beneficio nobis concessam; denique peram
salutis viam monstrat.
16. Usitato quoque et recepto more in tria capita diuiditur, quorum pri-
mum Patris creatoris. Secundum Filii Redemptoris. Tertium Spi-
ritus sanctificatoris descriptionem continet, ex quibus totum nostrae Redem-
ptionis mysterium dependet.
17. Hisce tribus non incommoda addi possunt quartum, commemo-
rans quibus in rebus salus nostra sit: Nam ut in noticiam salutis
nostrae veniamus, illa primum tria consideranda sunt, in quibus totum
negotium vertitur.
18. Primum, Patris indulgentissima bonitas, et effusissima in humanum
genus dilectio, que in hoc apparuit, dum proprio suo non pepercit filio, sed
pro nobis omnibus tradidit illum. Iob. 3 v. 16.
19. secundum, Filii obedientia, que est diuina misericordia in peragenda no-
stra salute, complementum. Phil. 2 v. 6. 7 & 8.
20. tertium, Spiritus potentia, per quam fructus diuina in Christo bonita-
tis, nobis communicatur, 2. Cor. 13. Charitas Dei (sc. patris) et gra-
tia Iesu Christi, et communicatio Spiritus sancti, sic cum omnibus vobis.
21. Nam primo à Dei charitate, quicquid boni est, nobis profluit:
secundo in Christo, ceu uniuersa gratia fonte, exhibetur: tertio per Spi-
ritum sanctum reddimur participes eorum, quae à Dei clementia in Chri-
sto nobis offeruntur, hinc sequitur

G 3

Fides

22. *FIDES de Ecclesia, peccatorum remissione, mortuorum resurrectione, vita eterna, quibus rebus quarta pars symboli destinata est.*
23. *Quia verò fundamentum totius symboli consistit in fide, et primo loco consideranda venit vox C R E D O, paucis de ea agemus, post quadam de FIDE subiungemus.*
24. *Credo in Deum vel in Deo, Hebraica est locutio, et perinde est ac si dicas, Deum ipsum pro Deo meo amplector, eique firma fide adhaereo, pro quo Latini dicunt, credo Deo id est, assentior ijs quae de Deo dicuntur. Ecce habet vox Hebreos επεγραψεν την Εμφασιν singularem, ac fidei naturam, quae in fiducia maximè conspicitur, denotat.*
25. *Ne autem opacum pœna vocis turbemur, sciendum fidei vocabulum in sacris esse πλάνον, alia enim est fides miraculosa seu donum edendi miracula, Matth. 17. v. 20. 1 Cor. 13. v. 2. alia historica, quæ nuda historiae sacrae est cognitio, et in genere statuit vera esse quae in verbo Dei revelantur, Iac. 2. v. 19. alia moralia seu hypocritica Iac. 2. v. 17. 1. Tim. 1. v. 5. alia demum iustificans seu saluificans, de qua nobis sermo est.*
26. *Ea est noticia promissionis gratiae de Christo mediatore erubet beneficiis, et fiducia certa, qua credens sibi applicat meritum Christi, idque suum esse certò statuit.*
27. *cūlibet νύμα seu causa efficiens principalis est Deus, neq; enim fides est nostrum opus, sed est Dei donum, quod desuper nobis datur, Ioh. 6. v. 44. Eph. 2. v. 8.*
28. *Causa instrumentalis sunt verbum et sacramenta. His enim veluti organis vicitur Deus, ad fidem in animis nostris accendendam, Rom. 10. v. 17. præterea non επέστως sed επιμέτως, fidem, Spiritum sanctum, et alia sua bona nobis largitur Deus.*
29. *Objecitum fidei generale, est quidem omne Dei verbum; verum cum in articulo justificationis non solum generale, sed et speciale, proprium et peculiare objecitum sit definiendum, afferimus id esse promissionem de gratuita misericordia Dei, propter filium mediatores peccata remittentes, et ad vitam eternam adoptantes, Rom. 3. v. 24. Et 4. v. 5. Hunc est quod fides imbecillis est languida, et quæ justificet ac fortis vel ardens,*

ardens, utraq; enim unum idemq; obiectum sibi habet propositum, Christum nimirum cum uniuerso suo merito.

30. Subiectum in quo fides justificans ut qualitas habet, est mens, voluntas, & cor hominis, Act. 8. v. 37 Proverb. 3. v. 5.

31. Causa formalis est ipsa fiducia, qua misericordia Dei & meritum Christi, in verbo Euangelij oblagum nobis applicamus, inq; eo acquiescimus.

32. Causa finalis est salus nostra i. Pet. 1. v. 9, fini fidei est salus & vita eterna, item celebratio nominis Divini, justitiae & misericordiae.

33. Effectus eius sunt, gaudium in Spiritu sancto, pax & tranquillitas conscientiae, quam Paulus in omnibus suis Epistolis credentibus precatur, ex qua oritur πεπονια, quā libere & cum fiducia Deum accedimus, Eph. 3. v. 12.1. Ioh. 2. v. 28.

34. Neq; tamen statuendum, fidem justificare quatenus absolute in se, tanquam virtus quedam, habitus, aut qualitas in nobis consideratur, sed quatenus relate & proprium suum obiectum & correlatum, nempe Christum eiusq; meritum respicit & firmiter apprehendit.

35. Porro partes seu gradus verae & saluificae fidei tres sunt. 1. est γνῶσις seu noticia omnium articulorum doctrinae Christianae. 2. νόησις seu assensus, qua non solum omnes doctrinæ Christianæ articulos cognoscimus, sed etiam ijsdem assentimur, & in his promissionem gratiae amplectimur. 3. θάνατος ορεξia que est fiducia, acquiescens in misericordia Dei, & certo statuens, sibi peccata remitti proper Christum. Rom. 4. v. 21. Col. 2. v. 2. Heb. 6. v. 11. & 10. v. 22.

36. Tertia hæc pars continet formam fidei, eiusq; naturam exempli Abraham Rom. 4. optime declarat, quod sit eiusmodi fiducia, quā mens irā Dei ob peccatum consternata, generales Euangelij promissiones de remissione peccatorum, justitia & vita eterna sibi quoq; in specie applicat, hñj sejse erigit, consolatur, & confirmat.

37. Hi tres gradus ad substantiam seu qualitatem fidei justificantis ita requiruntur ut ab iniuicem diuelli nequeant: neq; enim prior pars, noticia nimirū, eam constituit, siquidē communis ea esse potest fidelibus & infidelibus, Christianis & hypocritis, imo ipsis diabolis, de quibus Petrus

412

ait, quod credant, h. e. fidem historicam & noticiam totius Scripturæ
habeant; diabolos autem uti nec hypocritas & infideles, nemo dixerit
iustificari.

38. Requiruntur itaq; ad substantiam fidei saluificæ etiam reliqui duo
gradus, assensus nimirum & fiducia, quibus & à reliquis fidei speciebus
uti mortua, hypocritica, historica, & miraculosa distinguitur.

39. Pugnat autem cum hac fidei doctrina, figuratum papisticum de
perpetuâ dubitatione.

40. Hallucinantur quoq; Calviniani, contendentes, fidem saluificam
& iustificantem ijs solummodo dari, quos Deus in absoluto suo decreto
ad vitam æternam elegit, reliquis autem non dari, etiamsi per mille an-
nos verbum Dei audiant, discant & medientur, suspendunt itaq; fidem
ab absoluto suo decreto, quod quia nullum est, nulla quoq; erit eorum
hac de fide assertio.

41. Peccant & illi qui Gentiles, Scipionem, Aristidem, Titum
Pomponium Atricum, & reliquos saniores Ethnicos, extra fidem in Chri-
stum iustificatos & saluatos, affirmant.

Corollaria

I.

An Symbola amplectamur propter Ecclesiæ auctori-
tatem? N.

II.

An Symbola per omnia pari passu cum Scriptura ~~geo-~~
~~meūs~~ ambulent? N.

III.

An infantes fidei sint capaces? A.

IV.

An fides cæna vtentium ad Essentiam & integritatem
cænæ pertineat, an verò ad salutarem eius perfusionem?
Ant: N. Post: A.

V.

An Electio sit facta absq; fidei? N.

— 90 —

3



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn785831061/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785831061/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn785831061/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785831061/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn785831061/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn785831061/phys_0016)

DFG

ardens, *vixq; enim vnum idemq; obiectum sibi habet proprium nimirum cum vniuerso suo merito.*

30. *Subiectum in quo fides justificans ut qualitas habeat voluntas, & cor hominis, Act. 8. v. 37 Proverb. 3. v. 5.*

31. *Causa formalis est ipsa fiducia, qua misericordia Dei nostri, in verbo Euangelij obiectum nobis applicamus, inq; eo.*

32. *Causa finalis est salus nostra i. Pet. 1. v. 9. finit vita eterna, item celebratio nominis Divini, justicie &*

33. *Effectus eius sunt, gaudium in Spiritu sancto, pacem conscientie, quam Paulus in omnibus suis Epistola precatur, ex qua oritur neppenicia, quâ libere & cum faccendimus, Eph. 3. v. 12. i. Ioh. 2. v. 28.*


34. *Neg, tamen statuendum, fidem justificare quatenus sese, tanquam virtus quedam, habitus, aut qualitas in natura, sed quatenus relate & proprium suum obiectum & corpus Christum eiusq; meritum respicit & firmiter apprehendit.*

35. *Porro partes seu gradus vera & salutifica fidei trahuntur seu noticia omnium articulorum doctrinae Christianae, seu assensus, qua non solum omnes doctrinæ Christianae cognoscimus, sed etiam ipsorum assentimur, & in his promiscue amplectimur. 3. *neg, tamen* & *poecia* qua est fiducia, acquisitio cordia Dei, & certo statuens, sibi peccata remitti propter*

4. *v. 21. Col. 2. v. 2. Heb. 6. v. 11. & 10. v. 22.*

36. *Tertia hæc pars continet formam fidei, eiusq; naturam Abraham Rom. 4. optime declarat, quod sit eiusmodi fiducia in Dei ob peccatum consternata, generales Euangelij promissionem peccatorum, justicia & vita eterna sibi quoque in hunc sese erigit, consolatur, & confirmat.*

37. *Hi tres gradus ad substantiam seu qualitatem futurae requiruntur, ut ab iniuicem diuelli nequeant: neg, tamen noticia nimis, eam constituit, siquidem communis ea esse per infidelibus, Christianis & hypocritis, immo ipsis diabolis, dicitur.*



the scale towards document